

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Homo u
cum fonte primo

Quid in homine proprium?

Ratio. Hec recta et consummata felicitatem hominis implevit.

Ergo si omnis res cum bonum suum perfecit,

laudabilis est et ad finem nature sue peruenit,

homini autem suum bonum ratio est,

si hanc perfecit laudabilis est, et finem nature sue tetigit.

Hec ratio perfecta uirtus uocatur, eademque honestum est.

Id itaque unum bonum in homine est, quod hominis est.

Seneca ibidem (LXXVII. epistola ad Lucilium).

Quid est in homine proprium?

ratio: haec recta et consummata felicitatem hominis implevit.

Ergo si omnis res, cum bonum suum perfecit,

laudabilis est et ad finem naturae suae peruenit,

homini autem suum bonum ratio est,

si hanc perfecit laudabilis est et finem naturae suae tetigit.

Haec ratio perfecta uirtus uocatur eademque honestum est.

Id itaque unum bonum est in homine quod unum hominis est;

nunc enim non quaerimus quid sit bonum, sed quid sit hominis bonum.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 76.10-11
(L. Reynolds ed., vol.1, pp.238-9, ll.26-29, 1-5).